



PROOEMIUM.

THeses aliquot *σύνθεσιν* publicæ *συζητήσεως* incudi subjecturis, occurrit inter alia callidum Eurimedis consilium, *quo solerter*, ut Barclajus loqui amat, *tanquam de re nota agens in aliorum se penetrabat consilia.* Arg. lib. 2.
 Communem ferè hanc esse procedendi rationem, experientia comprobatum: Cum Judices ad expugnandam Rei pertinaciam, socios communis flagitii indicium fecisse simulant, prorsus ad exemplum Eurimedis, *qui coram Eristhene Oloodemum, coram Oloodemo, subodorante quidem hæc, Eristhenem veneficium confessum esse finxerat, eorumque facinus feliciter pervestigaverat.* Factum exinde, ut quo magis hic procedendi modus usu receptus, eò magis nobis arriserit, nec dubitamus, *quenquam fore, qui ob materiæ difficultatem id nobis vitio vertat.*

A

Quam-